Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



40

aureos. Aut dimitte eis hanc noxam
aut si non facis dele me de libro tuo qui
scripsisti. Cui respondit dns. Qui peccauerit
mihi delebo eum de libro meo. Tu autem vade
et duc populum istum quo locutus sum
tibi. Angelus meus precedet te. Ego autem in
die vltionis visitabo hoc peccatum eorum. Po
cuisit q̃ dns populum, pro eo quod fecerat vitulum.

Locutusq̃ XXXIII. est dns ad aaron
dicens. Vade
ascende de loco isto tu et populus tuus
quem eduxisti de terra egypti in terram quam
iuraui abraham. Ysaac. et iacob. dicens.
Semini tuo dabo eam. et mittam ante te
angelum ut eiciat chananeum. et
amorreum. et cetheum. et pherezeum. et
eueum. et iebuseum. et mites in terram flu
entem lacte et melle. Non enim ascendam
tecum. quia populus iste durae ceruicis est. ne
forte disperdam te in itinere. Audiens autem
populus uerbum hunc pessimum. lugere
cepit. et nullus exuere uoluit se ornatu
suo. Dixit quoq̃ dns ad moysen.
Loquere filiis israel. Populus durae ceruicis est.
si semel ascendam in medio tui. delebo te.
Iam nunc depone ornatum tuum. ut sci
am quid faciam tibi. Deposuerunt ergo
filii israhel ornatum suum ad mon
tem oreb. Moyses quoq̃ tollens tab
naculum tetendit extra castra procul.
Vocauitq̃ nomen eius tabernaculum
fœderis. Omnis populus qui habebat a
liquid ꝗstionem egrediebatur ad tabernacu
lum fœderis extra castra. Cumq̃ egre
deretur moyses ad tabernaculum surge
bat uniuersa plebs. et stabat unusquisq̃
ostio papilionis sui. adspiciebantq̃ tergum moysi donec ingrederetur
tentorium. Postquam autem ille taber
naculum fœderis intrauerat descendebat columna
nubis. et stabat ad ostium. loquebatur
q̃ cum moyse. cuncti uidentes
columpnam nubis stare ad ostium
tabernaculi. stabantq̃ et ipsi adorabant
pfores tabernaculorum suorum. Loquebatur
autem dns ad moysen facie ad faciem
sicut loquitur solet homo ad amicum suum.
Cumq̃ ille reuerteretur ad castra. minister eius iosue filius nun puer
non recedebat de tabernaculo. Dixit
autem moyses ad dnm. Precipis ut e
ducam hunc populum. et non indicas mi
hi quem mittaris es mecum. Qui cum
dixeris. noui te ex nomine. et inue
nisti gratiam coram me. Si ergo inuenio
gratiam in conspectu tuo. ostende mihi
faciem tuam. ut sciam te. et inueniam
gratiam aut oculos tuos respice plebem
tuam gentem hanc. Dixitq̃ dns.
Facies mea precedet te. et dabo requiem
tibi. Aut moyses. Si non tu ipse
pres. ne educas nos de loco isto. Quomodo
enim fieri potest ut placeamus tibi
nisi ambulaueris nobiscum. et glorifi
cemur ego et populus tuus in omnibus populis qui habitant
super terram. Dixit autem dns ad moysen.
Et uerbum quod locutus es faciam. inue
nisti enim gratiam coram me. et te ipsum
noui ex nomine. Qui autem Ostende mihi
gloriam tuam. Respondit. Ego ostendam
omne bonum tibi. et uocabo in nomine
dni coram te. et miserebor cui uolueri
et clemens ero quem mihi placuerit.
Rursumq̃ ait. Non potis uidere faciem
meam. non enim uidebit me homo
et uiuet. Item. Ecce inquit est locus apud
me. stabis super petram. Cumq̃ transi
bit gloria mea ponam te in foramine pe
tre. et tegam dextera mea donec transe
am. tollamq̃ manum meam. et uide
bis posteriora mea. faciem autem meam
uidere non poteris. XXXIIII.

Dixit autem dns ad moysen. Ecce de mane prepare et tibi duas
tabulas lapideas instar priorum.
et scribam super eas uerba quæ ha
bebant tabulæ quas fregisti. Esto
paratus mane ut ascendas statim
in montem sinai. stabisq̃ mecum super
uerticem montis. nullus ascendat tecum.
nec uideatur quisquam per totum mon
tem. boues quoq̃ et oues non pascant